



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio V. De habitu fidei quantum ad habentes ipsam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

tia uerè &c. est dubio impermissior . ergo .

q. 97. art. 8. ad 3.

lib. 6. Eth. c. 5. 6. & 7. tom. 5.

¶ Præterea. Scientia beatorum certior est fide nostra . sed non ex parte obiecti . quia idem est ergo ex parte modi . quo intellectus attingit Deum . ergo certius est scire Deum . quam credere Deum . quod est contra literam .

¶ Ad hæc dicitur . quod iste bonus homo noluit intelligere rationes terminorum in litera positas . & propterea errans in fundamento . ruit ex toto . Certitudinem namque secundum se non diffiniuit author penes obiectum . sed penes causam . Et bene dixit . quia commune est omni certiori secundum se ex sua causa esse certius . Separata namque a sua materia ex sua causa formali . uel quasi causa formali certissima dicuntur secundum se . Habitus autem . & actus certitudinem habent ex suis causis . Et in litera patet . non ex certitudine obiecti . uia fides certior secundum se dicitur . sed ex certitudine modij . quod causat fidem . & actus eius . Vnde ad primum argumentum dicitur . quod hæc distinctio non solum in obiectis . sed in habitibus . & actibus locum habet . Et ad probationem in contrarium dicitur . quod certitudo habitus . & actus attenditur quoad obiectum . ut patet in litera ex hoc . quod ars . & prudentia quæ sunt circa possibile aliter se habere . sunt minus certæ scientia & intellectu habitibus . circa necessaria . quandoque autem attenditur penes causam . & non oportet . quod attendatur semper penes modum cognitionis . quem de facto habet cognoscens . penes modum siquidem istum attenditur certitudo quod ad nos . Vnde fides infusa ex merito priorij modij . scilicet ueritatis diuinæ . na-

suæ materia . quia est de æternis . quæ non contingit aliter se habere . Tres autem reliquæ intellectuales uirtutes . scilicet sapientia . scientia . & intellectus sunt de necessariis . ut supra dictum est . Sed sciendum est . quod sapientia . & scientia . & intellectus . dupliciter dicuntur . Vno modo . secundum quod ponuntur uirtutes intellectuales a philosopho in 6. Eth. Alio modo secundum quod ponuntur dona Spiritus sancti . Primo modo . dicitur esse . quod certitudo potest considerari dupliciter . Vno modo ex causa certitudinis . & sic dicitur esse certius . quod habet certiore causam . & hoc modo fides est certior tribus prædictis . quia fides innititur ueritati diuinæ . tria autem prædicta innituntur rationi humanæ . Alio modo potest considerari certitudo ex parte subiecti . & sic dicitur esse certius . quod plenius consequitur intellectus hominis . Et per hunc modum . quia ea . quæ sunt fidei . sunt supra intellectum hominis . non autem ea . quæ sub sunt tribus prædictis . ideo ex hac parte fides est minus certa . Sed quia unum quodque iudicatur simpliciter quidem secundum causam suam . secundum autem dispositionem . quæ ex parte subiecti est . iudicatur secundum quid . inde est . quod fides est simpliciter certior . sed alia sunt certiora secundum quid . scilicet quod ad nos . Similiter autem . si accipiantur tria prædicta . secundum quod sunt dona præsentis uitæ . cooperantur ad fidem sicut ad principium . quod præsupponit . unde etiam secundum hoc fides est certior .

¶ Ad primum ergo dicendum . quod illa dubitatio non est ex parte causæ fidei . sed quod ad nos . in quantum non plene assequimur per intellectum ea . quæ sunt fidei .

¶ Ad secundum dicendum . quod cæteris paribus . uisus est certior auditus . sed si ille a quo audit . multum excedit uisum uidentis . sic certior est auditus . quam uisus . Sicut aliquis paruæ scientiæ magis certificatur de eo . quod audit ab aliquo scientifico . quam de eo . quod sibi secundum suam rationem uidetur . Et multo magis homo certior est de eo . quod audita Deo . qui falli non potest . quam de eo . quod uidet propria ratione . quæ falli potest .

¶ Ad tertium dicendum . quod perfectio intellectus . & scientiæ excedit cognitionem fidei quantum ad maiorem manifestationem . non tamen quantum ad certiore in hæsiōnem . quia tota certitudo intelle-

ctus . uel scientiæ . secundum quod sunt dona . procedit a certitudine fidei . sicut certitudo cognitionis conclusionum procedit ex certitudine principiorum . secundum autem quod scientia . & sapientia . & intellectus . sunt uirtutes intellectuales . innituntur naturali luminari rationis . quod deficit a certitudine . & a uerbo Dei . cui innititur fides .

QVAESTIO V.

De habitibus fidem . in quatuor articulis diuisa .

DEINDE considerandum est de habitibus fidem . Et circa hoc queruntur quatuor .

- ¶ Primo . Vtrum angelus . aut homo in prima sui conditione habuerit fidem .
- ¶ Secundo . Vtrum demones habeant fidem .
- ¶ Tertio . Vtrum hæretici errantes in uno articulo fidei . habeant fidem de aliiis articulis .
- ¶ Quarto . Vtrum fides habetium unus alio habeat maiorem fidem .

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum angelus . aut homo in prima sui conditione habuerit fidem .

AD PRIMUM sic proceditur . Vbi . quod angelus . aut homo in sua prima conditione fidem non habuerit . Dicit enim Hugo de sancto Victore . in suis sententiis . quod quia homo oculis contemplationis non habet apertum . Deum . & quæ in Deo sunt . uidere non ualeat . sed angelus in statu suæ primæ conditionis ante confirmationem . uel lapsum habebat oculum cōtemplationis apertum . Videbat enim res in uerbo . ut Augustinus dicit in secundo super Gen. ad literam . Et similiter primus homo in statu innocentie uidetur habuisse oculum contemplationis apertum . Dicit enim Hugo de sancto Victore in suis sententiis . quod nouit homo in primo statu Creatorem suum non ea cognitione . qua foris auditu solo percipitur . sed ea . quæ intus per inspirationem ministratur . non ea qua Deus modo a credentibus absens fide quaeritur . sed ea . qua per presentiam cōtemplationis manifestus cernebatur . ergo homo . uel angelus in statu primæ conditionis fidem non habuit .

¶ 2. Præterea . Cognitio fidei est æternis . & sic . secundum illud primæ ad Corin-

Deum non posse mentiri, & sciebat notitia excludente fidem, Deum sibi revelasse mysterium Trinitatis: ergo angelus sciebat scientia excludente fidem, mysterium Trinitatis: & simile est de aliis rebus spectantibus ad fidem: ergo non habuit fidem, quamvis haberet gratiam, sed habebat certitudinem de his que sunt fidei. Assumptum pro secundam parte probatur ex hoc, quod audiebat Deum inspiratum: & cum sit pure intellectus, non videtur, quod nullus alius angelus, neque proprius intellectus, qui loquebatur, sed Deus ipse, sicut etiam sciebat esse in gratia videns in essentia sua illam qualitatem creatam a Deo, & in voluntate charitatem.

Nunc videmus per speculum in enigmate: sed in statu primae conditionis non fuit aliqua obscuritas neque in homine, neque in angelo, quia tenebrositas est poena peccati: ergo fides in statu primae conditionis esse non potuit neque in homine, neque in angelo. ¶ 3 Præter. Apostolus dicit ad Rom. 10. quod fides est ex auditu, auditus autem per verbum Dei: sed hoc locum non habuit in primo statu angelicæ conditionis, aut humanæ: non enim erat ibi auditus ab alio. ergo fides in statu illo non erat neque in homine neque in angelo. SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & quod inquirentibus se remunerator sit: fides angelus, & homo in prima conditione erat in statu accedendi ad Deum: ergo fidei debebat. RESPON. Dicendum, quod quidam dicunt, quod in angelis ante confirmationem, & lapsu, & in homine ante peccatum, non fuit fides propter manifestam contemplationem, que tunc erat de rebus divinis. Sed cum fides sit argumentum non apparentium, secundum Apostolum, & per fidem credatur ea, quod non videntur, ut Augustinus dicit, illa sola manifestatio excludit fidei rationem, per quam creditur apparens, vel visum id, de quo principaliter est fides. Principale autem obiectum fidei est veritas prima, cuius visio beatos facit, & fidei succedit. Cum ergo angelus ante confirmationem, & homo ante peccatum non haberet illam beatitudinem, qua Deus per essentiam videretur, manifestum est, quod non habuit manifestam cognitionem, quod excluderetur ratio fidei. Vnde quod non habuit fidem hoc esse non potuit, nisi quod penitus ei erat ignotum id, de quo est fides. Et si homo, & angelus fuerunt creati in puris naturalibus, ut quidam dicunt, forte posset teneri, quod fides non fuerit in angelo ante confirmationem, nec in homine ante peccatum. Cognitio enim fidei est supra naturalem cognitionem de Deo non solum hominis, sed etiam angeli. Sed quia in primo iam diximus, quod homo, & angelus creati sunt cum dono gratiae: ideo necesse est dicere, quod per gratiam acceptam, & nondum consummatam fuerit in eis inchoatio quaedam sperata beatitudinis, que quidem inchoatur in voluntate per spem, & charitatem, sed in intellectu per fidem, ut supra dictum est. Et ideo necesse est di-

cere, quod angelus ante confirmationem habuit fidem, & similiter homo ante peccatum. Sed tamen considerandum est, quod in obiecto fidei est aliquid quasi formale, scilicet veritas prima super omnem naturalem cognitionem creaturæ existens: & aliquid materiale, sicut id, cui assentimus inhærendo primæ veritati. Quantum ergo ad primum horum, communiter fides est in omnibus habentibus cognitionem de Deo, situ ra beatitudine nondum adepta, inhærendo primæ veritati: sed quantum ad ea, quæ materialiter credenda proponuntur, quedam sunt credenda ab uno, quæ sunt manifeste scita ab alio, etiam in statu præfati, ut supra dictum est. Et secundum hoc etiam potest dici, quod angelus ante confirmationem & homo ante peccatum quædam de divinis mysteriis manifesta cognitione cognoverunt, quæ nisi non possumus cognoscere, nisi credendo. AD PRIMUM ergo dicendum, quod quamvis dicta Hugonis de Sancto Victore magistralia sint, & robor autoritatis habeant: tamen potest dici, quod contemplatio, quæ tollit necessitatem fidei, est contemplatio patriæ; quæ supernaturalis veritas per essentiam videtur. Hanc autem contemplationem non habuit angelus ante confirmationem, nec homo ante peccatum: sed eorum contemplatio erat aliorum, quam nostra, quam magis de propinquo accedentes ad Deum, plura manifeste cognoscere poterant de divinis effectibus, & mysteriis, quam nos possumus. Vnde non inerat eis fides, quæ ita quaereretur Deus absens, sicut a nobis quaeritur. Erat enim eis magis præsens per lumen sapientiæ, quam sit nobis, licet nec eis esset ita præsens, sicut est beatis per lumen gloriæ. AD SECUNDUM dicendum, quod in statu primæ conditionis hominis, vel angeli, non erat obscuritas culpæ, vel penæ: inerat tamen intellectui hominis, & angeli quaedam obscuritas naturalis, secundum quod omnis creatura tenebra est comparata immensitati divini luminis: & talis obscuritas sufficit ad fidei rationem. AD TERTIUM dicendum, quod in statu primæ conditionis non erat auditus ab homine exterius loquente, sed a Deo interius inspirante: sicut & prophetae audiebant, secundum illud Psalm. 84. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.

Grina autoris tenendum est. ¶ Et si contra hoc initerur, quia fides est argumentum non apparentium, & consequenter quocumque modo aliqua appareant, ita quod eui dentiam habeat de veritate aliorum, excluditur ratio fidei: sed intellectus angelicus in gratia cognoscitur evidenter, quod non potest aliter se habere, vera esse enunciata Deo sibi: ergo non credit. Respondendum est ut prius, quod habere evidentiæ de veritate aliorum contingit dupliciter. Primo, quod videatur, seu fiat ipsa enunciata in seipsis esse vera: & sic excludit rationem fidei: sed non est sic in proposito. Secundo, quod videatur, seu fiat in testificante illa esse vera, & sic non excludit fidem: ita est in proposito. Sed contra hoc initerur, quia cum dicitur, ad exclusionem fidei requiri, quod enunciata sciantur, vel videantur in seipsis, seu secundum proprias rationes, hoc potest intelligi dupliciter. Primo, ut ly, in seipsis, denotet medium: secundum, ut denotet terminum. Si denotet medium, falsissimum est. Nam videns enunciata aliqua in alio, puta in divina essentia tanquam medio, & obiecto primario, non creditur plus illa: non ergo exigitur ad exclusionem fidei, quod propriæ rationes cognitorum sint media cognitionis. Si secundo modo, verum est, quod exigitur ipsum enunciati terminare certitudinalem evidentiæ. Sed falsum est, quod hoc in proposito non inveniatur: nam angeli cognitio evidens non solum terminatur ad Deum testificantem, sed ad enunciata testificata. Sic enim ex illa revelatione in divinis esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, licet ignoret quid sit. Et breviter habet evidentiæ de quæstione.

D. 73.

q. 2. ara. ad q. 2. arti. 5. &

Secunda Secundæ S. Thomæ.

C. 2. An.

An est, seu, Quia est: licet ignoret, Quid, seu, Propter quid, Ad hoc dicendum est, quod ly in seipfis, seu proprijs rationib, denotat terminum non cognitionis absolute, sed vt evidens, ita quod denotat terminum ciuitate. Oportet enim ad hoc, quod aliquod enunciatum sit alicui evidens, quod sit euidentia termi-

ARTICVLVS II.

Vtrum in demonibus sit fides.

AD SECYNDVM sic proceditur. Videtur, quod in demonibus non sit fides. Dicitur enim Augustinus in libro de Predestinatione sanctorum, quod fides consistit in credentium uoluntate: hec autem uoluntas bona est, qua quis uult credere Deo. Cum ergo in demonibus non sit aliqua uoluntas de liberata bona, ut in primo dictu est, uidetur quod in demonibus non sit fides.

¶ 2 Preterea. Fides est quoddam donum diuine gratie, secundum illud Ephezi 2. Gratia estis saluati per fidem, donum enim Dei est: sed demones dona gratuita amiserunt per peccatum, ut dicitur in glossa super illud Osee 3. Ipsi respiciunt ad Deos alienos, & dilexerunt uinacia uarum. ergo fides in demonibus post peccatum non remansit.

¶ 3 Preterea. Infidelitas uidetur esse prauius peccatum inter peccata, ut patet per Augustinum super illud Ioan. 15. Si non uenifsem, & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo: sed in quibusdam hominibus est peccatum infidelitatis. si ergo fides esset in demonibus, aliquorum hominum peccatum esset grauius peccato demonum: quod uidetur esse inconueniens. non ergo fides est in demonibus.

SED CONTRA est, quod dicitur

dem informem. Secundi autem dubij ratio est, quia inclinatio ad bonum non repugnat damnationis statum. Quod ex ea parte remanet synderesis inclinans ad bonum. Non ergo infidelitas informis inclinans ad credendum secundum aliquid boni, remouenda est a demonibus. Sed sicut uoluntas informis & huiusmodi habitus actui apponi. Ad primum dubium dicitur, quod secundum naturam, nullam inuenio differentiam inter homines damnatos & non damnatos quod ad propositum: & ratio in littera dicitur locum habere in utroque. Et propterea sicut a damnatione infidelis informis hoc in loco, ita a damnatione infidelis informis hoc in inferno fidelis ab infidelibus indelubili remanente. & poena maiori ceteris peccatis signaculo macule pollute fidei suscipere. Corruptio definit esse fides informis propter statum in termino. Quod dico propter existentes quodammodo in termino modo in termino: ut olim Patres erant in limbo, & dem fideles sunt in purgatorio. Status enim terminus opponitur fidei, ratione actus uel positioe, uel ratione uisionis beate, quam ponit: uel negatione ratione actus proprii fidei illic impossibilis. Secundi namque ratio est, ut Deus subtrahat habitum fidei

super omnem naturalem cognitionem creaturam diceret, quod Deus sic diuina eam rationem qua hominem cognitionem creaturam excellit. puta, ut trinitatem naturaliter &c. creaturam formale in obiecto fidei non ab omnibus credi habentibus fidem. Quatuor habitus

tur Iacobi 2. Demones credunt, & contremiscunt.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, Intellectus credentis assentit rei creditae, non quia ipsam uideat, uel secundum se, uel per resolutionem ad prima principia per se uisa: sed

quia conuincitur per auctoritatem diuinam assentire his, que non uidet, & propter imperium uoluntatis mouentis intellectum & obedientis Deo. Quod autem uoluntas moueat intellectum ad assentendum, potest contingere ex duobus. Vno modo ex ordine uoluntatis ad bonum: & sic credere est actus laudabilis. Alio modo, quia intellectus conuincitur ad hoc, quod iudicet esse credendum his, que dicuntur, licet non conuincatur per euidentiam rei: sicut si aliquis propheta pronuntiare in sermone Domini aliquid futurum, & adhiberet signum, mortuum suscitando, ex hoc signo conuinceretur intellectus uidentis, ut cognosceret manifeste hoc dici a Deo, quia non mentitur: licet illud futurum quod predicatur, in se euidentis non esset, unde per hoc ratio fidei non tolleretur. Dicendum est ergo quod in fidelibus Christi laudatur fides secundum primum modum: & secundum hoc non est in demonibus, sed solum secundum modo. Vident enim multa manifesta indicia, ex quibus percipiunt doctrinam Ecclesie a Deo esse: quamuis ipsi res ipsas, quas Ecclesia docet,

3 di. 78. art. 7. corp. Et 3. d. 23. q. 1. art. 2. q. 1. Et uel. 7. 14. art. 9. ad 4. Ca. 5. in 2. uol. 7.

7 x. r. q. 64. ar. 2. ad 5.

Trad. 89. in Ios. ante me diuam, to. 9.

ne statu, in quo non potest amplius exire iudicium. Ratio autem huius, que in secundo dubio discutitur, est quia inclinatio non solum ad credendum (demonstratio enim creditur) sed quia inclinatio ad credendum secundum affectum boni, non naturalis, sed gratuita. Et licet enim in damnis naturalis inclinatio, ut characteres, perirentur, tamen affectus boni, contraveniens, nec acquiescit, nec insidit perirentur: quia plenitudinem malitiae, & misericordie eorum incontinenti affectus boni gratuiti. Et licet uoluntas mala possit conditionem malam gratiae fidei informis apponere, qua fieret malus simpliciter, ut patet in uariis articulis, si quis acciperet fidem Christi non ut bonus esset, sed ut posset tyrannus esse. Hec tamen appositio non auert illum affectum boni gratuiti, qui in damnatis non inuenitur: licet in eis affectus boni naturalis inuenitur, maculatus tamen appositae malae conditione obliuata uoluntate. Fides namque est perfectio intellectus non absolute, sed ut ratio a uoluntate ad bonum supernaturale. Actus autem, qui in damnatis erunt respectu beatitudinis amissae, trinitatis officii, &c. non sunt actus fidei infusae, sed cognitio nis acquisitae ex illa, uel fidei coactae, ut de demonibus in littera dicitur. Nec auctor inferus sustinet fidem in damnatis, sed comparatiuam illam. Magis potest esse fides informis in damnatis, qua ipse. Hec enim comparatiua est uera, qui spei obiectum respectu damnatorum non saluatur: fidei autem obiectum saluatur respectu eorum. Et quod hec sit ueritas intentio eius, patet: quia tractat ibi illam auctoritatem. Demones credunt, & contremiscunt. Nec magis de homi-

non uideant, puta, Deum esse trinum & unum, uel aliquid huiusmodi. AD PRIMVM ergo dicendum, quod demonum fides est quodammodo coacta ex signorum euidetia: & ideo non pertinet ad laudem uoluntatis ipsorum, quod credunt.

AD SECUNDVM dicendum, quod fides, quae est donum gratiae, inclinatur hominem ad credendum secundum aliquem affectum boni, non naturalis, sed gratuiti. Et licet enim in damnis naturalis inclinatio, ut characteres, perirentur, tamen affectus boni, contraveniens, nec acquiescit, nec insidit perirentur: quia plenitudinem malitiae, & misericordie eorum incontinenti affectus boni gratuiti. Et licet uoluntas mala possit conditionem malam gratiae fidei informis apponere, qua fieret malus simpliciter, ut patet in uariis articulis, si quis acciperet fidem Christi non ut bonus esset, sed ut posset tyrannus esse.

ARTICVLVS III.

Primum qui discredat unum articulum fidei, possit habere fidem informem de alijs articulis.

AD TERTIVM sic proceditur. Vt quod haereticus, qui discredat unum articulum fidei, possit habere fidem informem de alijs articulis. Non enim intellectus naturalis heretici est potior, quam intellectus catholici: sed intellectus catholici indiget adiuari ad credendum quicquid; articulum fidei, dono fidei. ergo ut, quod nec haereticus aliquos articulos fidei credere possit sine dono fidei informis.

¶ 2 Præ. Sicut sub fidei continentur multi articuli fidei, ita sub una scientia, puta, Geometria, continentur multae conclusiones: sed homo aliquis potest habere scientiam Geometriae circa quasdam geometricas conclusiones, alijs ignorantis: ergo homo aliquis potest habere fidem de aliquibus articulis fidei, alios non credendo.

¶ 3 Præ. Sicut homo obedit Deo ad credendum articulos fidei, ita et ad seruanda mandata legis: sed homo potest esse obediens circa quaedam mandata, & non circa alia: ergo potest habere fidem circa quosdam articulos, & non circa alios.

SED CONTRA est, Sicut peccatum mortale contrariatur charitati, ita discredere unum articulum contra iuram fidei: sed Charitas non remanet in homine post unum peccatum mortale, ergo neque fides postquam discredat unum articulum fidei.

RESPON. Dicendum, quod in heretico discredente unum articulum fidei, non manet fides neque formata, neque informis. Cuius ratio est, quia

Species cuiuslibet habitus dependet ex formali ratione obiecti, qua sublata, species habitus remanere non potest. Formale autem obiectum fidei est ueritas prima, scilicet manifestatur in scripturis sacris, & doctrina Ecclesiae, quae procedit ex ueritate prima. Unde quicumque non inhaeret sicut infallibili, & diuinae regulae, doctrinae Ecclesiae, quae procedit ex ueritate prima in scripturis sacris manifestata, ille non habet habitum fidei: sed ea, quae sunt fidei, alio modo, tenet quod per fidem. Sicut si aliquis tenet mente aliquam conclusionem, non cognoscens medium illius demonstrationis, manifestum est quod non habet eius scientiam, sed opinionem solum. Manifestum est autem quod ille, qui inhaeret doctrinae Ecclesiae, tanquam infallibili regulae, omnibus assentit, quae Ecclesia docet, alioquin si de his, quae ecclesia docet, quae uult tenet, & quae non uult, non tenet, non tam inhaeret Ecclesiae doctrinae, sicut in fallibili regulae, sed propriae uoluntati. Et sic manifestum est quod haereticus, qui pertinaciter discredat unum articulum fidei, non est paratus sequi in omnibus doctrinam Ecclesiae. Si enim non pertinaciter, iam non est haereticus, sed solum errans. Unde manifestum est, quod talis haereticus circa unum articulum, fidem non habet de alijs articulis, sed opinionem quadam secundum propriae uoluntatem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod alios articulos fidei, de quibus haereticus non erit, non tenet eodem modo, sicut tenet eos fidelis. scilicet simpliciter inherendo primae ueritati, ad quod indiget homo adiuari per habitum fidei: sed tenet ea, quae sunt fidei, propria uoluntate, & iudicio.

AD SECUNDVM dicendum, quod in diuersis conclusionibus unius scientiae sunt diuersa media, per quae probantur, quorum unum potest cognosci sine alio. Et ideo homo potest scire quasdam conclusiones unius scientiae, ignorantis alijs: sed omnibus articulis fidei inhaeret fides per unum medium. scilicet per ueritatem primam propositam nobis in Scripturis secundum doctrinam Ecclesiae intelligentis sane: & ideo qui ab hoc medio decidit, totaliter sine caret.

AD TERTIVM dicendum, quod diuersa precepta legis possunt referri uel ad diuersa motiua proxima, & sic unum sine alio seruari potest: uel ad unum motiuum primum, quod est perfecte obedire Deo, a quo decidit quicumque unum preceptum transgreditur, sicut in illud Iacobi 2. Qui offendit in uno, factus est oium reus.

Secunda Secunda S. Thomae.

C 3

nibus, quam de demonibus loquitur, a quibus abstulerat paulo ante fidem, quamuis hoc signum non sit opus: quia uerba sua non nisi comparationem significant.

¶ Super quibus, quibus articulum ueritatis.

In articulo tertio eiusdem questionis duo magna occurrunt dubia. Vnum est. Quo modo intelligitur, quod doctrina Ecclesiae sit infallibilis regula, ita ut recedens ab ipsa, recedat a ratione formali obiecti fidei. Sed quia hoc declaratum est in quaestione prima articulo primo, in dubio tertio, & quarto, non est opus replicatione, sed ad additionem. Est siquidem Ecclesiae regula in proponendo, & in explicando credenda diuinam ueritatem reuelatricem modificantis quod ad hoc saltem nobis. Et propterea recedens a conditione modificantis rationem formalem, scilicet ueritatem diuinam reuelatricem, recedit a ratione formali obiecti fidei, recedens a regula Ecclesiae, propterea quia recedit ab uno articulo reuelato, ut super diximus: sed etiam qui recedit a conditione, seu modo rationis formalis obiecti respectu nostri. Et hoc plano se suffiteri respondet. Nam ponit ueritatem primam in Scripturis, & doctrina Ecclesiae, rationem formalem fidei. ueritatem primam quidem, ut ipsam rationem credendam manifestacione aut Scripturae, & ecclesiae, ut conditione, qua ueritas prima, proponit, & explicat seipsa & alia credenda. Huiusmodi autem conditiones licet respectu fidei simpliciter non sint de integri.

D. 606.

integritate formalis obiecti fidei, ut patet de fide primi hominis, si in aeternum fuisset solus, & de fide angelorum in sua uia: sunt tamen de integritate obiecti formalis fidei nostrae.

ARTICVLVS IIII.

Utrum fides possit esse maior in uno quam in alio.

3. di. 25. q. 2. ad 2. q. 1.

Ar. preced.

qu. art. 7.

19. q. 52. ar. 1. & 2. & 3. 129. art. 4.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod fides non possit esse maior in uno, quam in alio. Quantitas enim habitus attenditur secundum obiecta: sed qui cumque habet fidem, credit omnia quae sunt fidei, quae qui deficit ab uno, totaliter amittit fidem, ut supra. * dictum est, ergo ut, quod fides non possit esse maior in uno, quam in alio. ¶ 2. Prae. Ea quae sunt in summo, non recipiunt magis, neque minus: sed ratio fidei est in summo. requiritur enim ad fidem quod homo habeat primam ueritatem super omnia, ergo fides non recipit magis, & minus. ¶ 3. Prae. Ita se habet fides in cognitione gratuita, sicut intellectus principiorum in cognitione naturali, eo quod articuli fidei sunt prima principia gratuita cognitionis, ut ex dictis patet: sed intellectus principiorum aequaliter inuenitur in omnibus hominibus, ergo & fides aequaliter inuenitur in omnibus fidelibus.

SED CONTRA. Vbi cumque inuenitur paruum & magnum, ibi inuenitur maius & minus: sed in fide inuenitur magnum & paruum. Dicit enim Dominus Petro, Mat. 14. Modice fidei, quare dubitasti. Et mulier dixit Mar. 15. Mulier magna est fides tua, ergo fides potest esse maior in uno, quam in alio.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, quantitas habitus ex duobus attenditur potest, uno modo ex obiecto: alio modo secundum participationem subiecti. Obiectum autem fidei potest dupliciter considerari: uno modo secundum formalem rationem, alio modo secundum materiam literam credendam proponitur. Formale autem obiectum fidei est unum, & simplex, scilicet ueritas prima,

in medio simpliciter ipsius fidei. Ad id uero quod de habitibus moralibus dicitur primo, quod falsum est, quod remaneat ueritas in actu in iustitia formaliter: quoniam non remaneat in actu, licet remaneat habitus, qui fuit ueritas

ut supra dictum est. unde ex hac parte fides non diuersificatur in credentibus, sed est una species in omnibus, ut supra dictum est: sed ea, quae materialiter credenda proponuntur, sunt plura, & possumus ut accipi uel magis, uel minus explicite: & secundum hoc potest unus homo plura explicite credere, quam alius: & sic in uno potest esse maior fides, secundum maiorem fidei explicationem. Si uero consideretur fides secundum participationem subiecti, hoc contingit dupliciter. Nam actus fidei procedit ex intellectu, & ex uoluntate, ut supra dictum est. Potest ergo fides in aliquo dici maior, uno modo ex parte intellectus, propter maiorem certitudinem & firmitatem: alio modo ex parte uoluntatis, propter maiorem propensionem, seu deuotionem, uel confidentiam.

AD PRIMUM ergo dictum, quod ille qui pertinaciter dicitur aliquid coram, quae sub fide continentur, non habet habitum fidei, quem tamen habet ille, qui non explicite credit omnia, sed paratus est omnia credere. Et secundum hoc ex parte obiecti unum habet maiorem fidem, quam alius, in quantum plura explicite credit, ut dictum est.

AD SECUNDVM dicendum, quod de ratione fidei est, ut ueritas prima omnibus praeratur: sed tamen eorum, qui eam omnibus praeserunt, quidam certius, & deuotius se habent subiectum, quam alii: & secundum hoc fides est maior in uno, quam in alio.

AD TERTIVM dicendum, quod intellectus principiorum consequitur ipsam naturam humanam, quae aequaliter in omnibus inuenitur: sed fides consequitur donum gratiae, quod non est aequaliter in omnibus, ut supra dictum est: unum non est eadem ratio. Et tamen secundum maiorem capacitatem intellectus, unum magis, uel minus cognoscit ueritatem principiorum, quam alius.

ritatis principiorum in seipsis: secundum respectum tamen in se ueritatem aliorum, ut causa effectum naturaliter. & utroque modo uerificari potest. Nam eadem albedinem, ceteris paribus, melius uisum est acutiorem uisus: ita eadem principia magis sumpta, magis uidet peripicacior uisus: & eadem uirtuiter sumpta magis penetrare constat nobilitatem ingenium, cui datum est eis inuenire, & uide re ueritatem conclusio

ALIUS.

Super questionis sexta articulum primum.

In terti. q. 6. nota, quod questio est de fide simpliciter & absolute. & non sicut patet ex litera sequentis articuli.

In corpore articuli dubium occurrit. An assentire his, quae sunt

QVAESTIO VI.

De causa fidei, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de causa fidei.

ET CIRCA hoc quaeruntur duo.

Primo, Vtrum fides sit homini infusa a Deo.

Secundo, Vtrum fides informis sit donum Dei.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fides sit homini a Deo infusa.

AD PRIMVM sic proceditur. Vbi quod fides non sit homini infusa a Deo. Dicitur. Aug. 14. de Trin. q. p. scientia gignitur in nobis fides, nutritur, defenditur, & roboratur: sed ea, quae per scientiam in nobis gignuntur, magis videntur acquiri sita esse, quam infusa. ergo fides non videtur in nobis esse ex infusione diuina.

2. Praet. Illud, ad qd homo pertingit audiendo, & uideo, videtur esse ab homine acquisitum: sed homo pertingit ad credendum, & uideo miracula, & audiendo fidei doctrinam. De n. Io. 4. Cognouit pater, quia illa hora erat, in qua dixit eis Iesus, Filius tuus uenit: & credidit ipse, & domus eius tota. Et Rom. 10. dicitur, quod fides est ex auditu. ergo fides habetur ab homine etiam quam acquisita.

3. Praet. Illud quod consistit in hominis voluntate, ab homine potest acquiri: sed fides consistit in credendum uoluntate, ut Aug. dicit in lib. de Praedestinatione sancti et oratorum. ergo fides potest esse ab homine acquisita.

SED CONTRA est, quod dicitur ad Ephes. 2. Gratia estis saluati per fidem, & non ex uobis, ne quis gloriatur: donum enim Dei est.

RESPON. Dicendum, quod ad fidem duo requiruntur: quorum unum est, ut homini credibilia proponantur: quod requiritur ad hoc, quod homo aliquod explicite credat. Aliud autem quod ad fidem requiritur, est assensus credentis ad ea, quae proponuntur. Quod ergo ad primum horum, necesse

etiam naturam. Et propterea auctor absque probatione alia pertranstulit, sequentis articuli discussione referuans, an fides informis sit donum Dei, in quo non ex actu fidei informis, sed alium de arguens, confirmat hanc esse mentem suam.

Sed haec responsio fuga potius est, quam expofitio literarum: quia

est quod fides sit a Deo. Ea enim quae sunt fidei, excedunt rationem humanam.

unde non cadunt in cognitionem hominis, nisi Deo reuelante: sed quibusdam quidem reuelantur immediate a Deo, sicut

sunt reuelata Apostolis, & prophetis. quibusdam autem proponuntur a Deo mittente fidei predicatorum, secundum illud Rom. 10.

Quomodo predicabunt, nisi mittantur? Quantum uero ad secundum, assensum hominis in ea, quae

sunt fidei, potest considerari duplex causa. Vna quidem exterius inducens, sicut miraculum uisum, uel

persuasio hominis inducens ad fidem, quorum neutrum est sufficiens causa. Videntium enim unum & idem miraculum, & audientium eandem predicationem quidam credunt, & quidam non credunt: & id oportet ponere aliam causam interiori, quae mouet hominem interiorius ad assentiendum his, quae sunt fidei.

Hanc autem causam Pelagius ponebant solum liberum arbitrium hominis: & per hoc dicebant, quod initium fidei est ex nobis, inquam. sed ex nobis est, quod parati sumus ad assentiendum his, quae sunt fidei: sed commutatio fidei est a Deo, per quam nobis proponuntur ea, quae credere debemus. Sed hoc est falsum: quia cum homo assentiendo his, quae sunt fidei, eleuetur supra naturam suam, oportet quod hoc in se ex supernaturali principio interiorius mouetur, quod est Deus: & idem fides quantum ad assentiendum, qui est principalis actus fidei, est a Deo iterum mouetur per gratiam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod de scientia gignitur fides, & nutritur per modum exterioris persuasionis, quae fit ab aliqua scientia: sed principalis, & propria causa fidei est id, quod iterum mouet ad assentiendum.

AD SECUNDVM dicendum, quod etiam ratio illa procedit de causa proponente exterius ea, quae sunt fidei, uel persuadente ad credendum uel uerbo, uel facto.

AD TERTIVM dicendum, quod credere quidem in uoluntate credentium consistit: sed oportet, quod uoluntas hominis praeparetur a Deo per gratiam ad hoc, quod eleuetur in ea, quae sunt supra naturam, ut supra dictum est.

humanam, & aliud quod experimur propterea in nobis infusus habitus, illorum principia, aut Deum. Primum affirmat litera, non secundum. Et per haec patet responsio ad omnia obiecta.

Secunda Secundae S. Thomae. C. 4. Super

litera ex propriis fidei procedit, ut patet inuenti omnes eius causas in litera allatas: immo, ut ex sequenti patet articulo, hic est sermo de fide simpliciter, & non de fide, ut est virtus simpliciter, aut informis. Fides simpliciter, & perfecta simpliciter, perfectione fidei, non perfectione uirtutis ex hoc, quod est fides, abstractio a formatione, uel non formatione charitatis, ut in corpore sequentis articuli, & in responsione ad primum dicitur. Dicendum est ergo, quod actus fidei, hoc est assentire ueritati primae secundum scripturas, & sensum Ecclesiae, eleuat hominem supra suam naturam, & hoc quod negat, propriam ignorat uocem. Nam actus iste ex nulla naturali cognitione, ex nullo naturali appetitu, natus est sequi, sed ex appetitu beatitudinis aeternae, & ex adhesionem ad Deum supernaturaliter reuelantem, & conseruatem Ecclesiam suam. Et hoc experimur, nec eget probatione.

Sed ex hoc non sequitur, ergo experimur habitum in nobis fidei infusum, ut obiectione infer. Sed ex hoc credimus rationabiliter in nobis esse habitum fidei infusum: sicut dolere de peccatis propter Deum crucifixum beatum in patria, est actus eleuans hominem supra suam naturam, & credimus quod sit ex poenitentia infusa a Deo: non tamen hoc scimus. Et similiter ire deuote ad communionem post probationem sui &c. est actus supra naturam humanam, & credimus, quod sit ex diuina charitate etiam infusa: & tamen hoc nescimus. Aliud est ergo dicere quod experimur in nobis actum excedentes naturam

in nobis infusus habitus, illorum principia, aut Deum. Primum affirmat litera, non secundum. Et per haec patet responsio ad omnia obiecta.

Secunda Secundae S. Thomae. C. 4. Super

in corpore. q. 8. art. 1.

ergo dicere quod experimur in nobis actum excedentes naturam

in nobis infusus habitus, illorum principia, aut Deum. Primum affirmat litera, non secundum. Et per haec patet responsio ad omnia obiecta.

Secunda Secundae S. Thomae. C. 4. Super

in corpore. q. 8. art. 1.

ergo dicere quod experimur in nobis actum excedentes naturam

in nobis infusus habitus, illorum principia, aut Deum. Primum affirmat litera, non secundum. Et per haec patet responsio ad omnia obiecta.

Secunda Secundae S. Thomae. C. 4. Super

in corpore. q. 8. art. 1.

ergo dicere quod experimur in nobis actum excedentes naturam

in nobis infusus habitus, illorum principia, aut Deum. Primum affirmat litera, non secundum. Et per haec patet responsio ad omnia obiecta.

Secunda Secundae S. Thomae. C. 4. Super

in corpore. q. 8. art. 1.

ergo dicere quod experimur in nobis actum excedentes naturam

in nobis infusus habitus, illorum principia, aut Deum. Primum affirmat litera, non secundum. Et per haec patet responsio ad omnia obiecta.

Secunda Secundae S. Thomae. C. 4. Super

in corpore. q. 8. art. 1.

ergo dicere quod experimur in nobis actum excedentes naturam

in nobis infusus habitus, illorum principia, aut Deum. Primum affirmat litera, non secundum. Et per haec patet responsio ad omnia obiecta.

Secunda Secundae S. Thomae. C. 4. Super

in corpore. q. 8. art. 1.

ergo dicere quod experimur in nobis actum excedentes naturam

in nobis infusus habitus, illorum principia, aut Deum. Primum affirmat litera, non secundum. Et per haec patet responsio ad omnia obiecta.

Secunda Secundae S. Thomae. C. 4. Super

in corpore. q. 8. art. 1.

ergo dicere quod experimur in nobis actum excedentes naturam

in nobis infusus habitus, illorum principia, aut Deum. Primum affirmat litera, non secundum. Et per haec patet responsio ad omnia obiecta.

Secunda Secundae S. Thomae. C. 4. Super

in corpore. q. 8. art. 1.

ergo dicere quod experimur in nobis actum excedentes naturam

in nobis infusus habitus, illorum principia, aut Deum. Primum affirmat litera, non secundum. Et per haec patet responsio ad omnia obiecta.

Secunda Secundae S. Thomae. C. 4. Super

in corpore. q. 8. art. 1.

ergo dicere quod experimur in nobis actum excedentes naturam

in nobis infusus habitus, illorum principia, aut Deum. Primum affirmat litera, non secundum. Et per haec patet responsio ad omnia obiecta.

Secunda Secundae S. Thomae. C. 4. Super

in corpore. q. 8. art. 1.

ergo dicere quod experimur in nobis actum excedentes naturam

in nobis infusus habitus, illorum principia, aut Deum. Primum affirmat litera, non secundum. Et per haec patet responsio ad omnia obiecta.

Secunda Secundae S. Thomae. C. 4. Super